

permutationem et commutationem praedictas duximus assumendas de unanimi et concordi eiusdem nostri capituli voluntate consensu pariter et assensu, et ob haec ex certa scientia, sponte et libere ex causa verae permutationis et commutationis omnem iurisdictionem altam et bassam, supremam et infimam in praedictis tribus villis et qualibet illarum in de et super omnibus et singulis bonis mansis hominibus et censitis, in singulis finibus et limitibus illarum et cuiuslibet earum, necnon praedictas sex sexagenas XXV grossos censuum et preciarum cum praedictis XXVIII pullis, quam, quas et quos nos et antecessores nostri in villis praedictis habuisse dinoscimur, cum omnibus et singulis servitiis consuetudinibus ac iuribus aliis, etiam gastunge vulgariter seu quibuscunque aliis nominibus vocitatis, in dictum nostrum capitulum rite et realiter transtulimus et omnia praemissa eidem capitulo — univimus et per praesentes in ius et proprietatem eiusdem capituli — transferimus — renunciantes pro nobis et successoribus nostris omnibus et singulis supradictis et nihil iuris nec consuetudinis in praedictis villis et qualibet illarum nobis aut successoribus nostris antedictis aliquatenus reservantes, vendicantes tamen nobis et successoribus nostris ex causa permutationis praedictae similiter ius, proprietatem et plenum dominium bonorum, censuum ac reddituum XII sexagenarum grossorum minus XII grossis in villa apud sanctum Gothardum in Gana praedictorum ad mensam nostram episcopalem in restaurum et recompensam omnium et singulorum praedictorum perpetue spectandorum, nullo etiam iure in eisdem dicto capitulo aut cuicunque alteri recognito nec quomodo libet reservato. In quorum omnium testimonium praesentes litteras sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpin anno domini M^o.CCC^o. nonagesimo tredecima die mensis Januarii.

Et nos Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis recognoscimus, quod permutationi et commutationi praedictis omnibusque et singulis suprascriptis nostrum capitulariter et concorditer consensum adhibuimus et praesentibus adhibemus, — in testimonium praemissorum sigillum maius nostri capituli praesentibus appendentes.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem grösseren Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen; das des Capitels fehlt.

No. 714. 1390. 10. März.

B. Nicolaus eignet dem Capitel in Berntitz erkaufte Renten.

In nom. dom. amen. Cum omnia et singula infra spaeram activorum et passivorum consistentia etc. Nos igitur Nycolaus dei et apostolicae sedis gratia episcopus ecclesiae Mysnensis notum facimus — quod quia honorabiles domini . . decanus totumque capitulum ecclesiae nostrae Mysnensis praetactae, nobis in Christo sincere dilecti a strenuo Theodrico Kobirshain in Roschycz^a) residente suis confratribus et heredibus de bona deliberatione et suorum amicorum maturo consilio bona infra scripta in villa et pago villae dictae Berntycz^b) in districtu Misnensi sita, videlicet septem mansos solventes in censu et redditibus annis singulis novem sexagenas grossorum Friber-

a) Roitzsch, Par. Striegnitz. b) Berntitz, Par. Staucha.